



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

27. De patricidis & fratricidis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

222 REGINONIS LIB. II.

municet. post quinquennium ad plenam communionem recipiatur. Abstinencia ciborum in arbitrio sacerdotis maneat.

*Qui per faidam hominem occiderit. Ex  
Poenitentiali cap. xiv.*

Burchard. lib.  
c. 32.

**X X I I.** Qui pro vindicta fratris aut aliorum parentum occiderit hominem , annum unum pœniteat , & sequentibus duobus tres quadragesimas observet & legitimas ferias, id est , secundam , quartam , & sextam feriam.

*De eadem re. Ex eodem.*

**X X I V.** Qui per iram & rixam & ebrietatem subito hominem occiderit, quatuor annos pœniteat.

*De eadem re. Ex eodem.*

**X X V.** Si quis liber jubente domino suo servum occiderit , quadraginta dies pœniteat. Et si quis liber jubente domino suo hominem innocentem occiderit, annum unum pœniteat, & in duabus aliis annis tres quadragesimas observet & legitimas ferias.

*De his qui servos suos necant extra judicem.  
Ex Concilio Agathensi cap. xxxv.*

Conc. Agath.  
c. 61.  
Rhab. epist.  
ad Heribald.  
c. 3.

**X X VI.** Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit , excommunicatione biennij reatum sanguinis emundabit.

*De parricidis & fraticidis. Ex Concilio  
Moguntiacensi.*

Concil. Vvor-  
mat. c. 30.

**X X V I I.** Statuimus ut parricidae & fra-

tricidæ per unius anni circulum ante fores ba-  
silicæ orantes Domini clementiam perseve-  
rent. Completo anni circulo, introducantur  
in Ecclesiam; tamen inter audientes, usque  
dum unius anni spatum finiatur, stent. His ita  
peractis, si pœnitentiæ fructus in eis conspici-  
tur, corporis & sanguinis Domini participes  
fiant, ut non obdurentur desperatione. Car-  
nem non manducent omnibus diebus vitae il-  
lorum. Jejunent autem usque ad nonam diei  
horam cotidie, exceptis festis diebus atque  
dominicis. Abstineant autem à vino, medone,  
atquæ mellita cervisia tres dies per hebdoma-  
dam. Arma portare non audeant, nisi contra  
paganos. & ubiunque ire maluerint, nullo  
vehiculo deducantur, sed pedibus propriis  
pergant. Tempus autem hujus pœnitentiæ in  
Episcoporum ponimus arbitrio, ut secundum  
conversationem illorum aut extendere vel mi-  
nuere valeant. Ab uxoribus, si habuerint, non  
separentur. Si autem non habuerint, & se  
continere non valuerint, legitimas accipient  
in conjugio feminas, ne in fornicationis vor-  
aginem incidere videantur. Si autem antequam  
duorum prædictorum annorum finiantur cur-  
ricula, finis vitae illorum pervenerit, viaticum  
illis non negetur.

*In excerptis è Buchardo quæ edita sunt à  
Stewartio, caput istud refertur ex epistola Ni-  
colai Papæ ad Karolum Maguntiensem  
Archiepiscopum ejusque suffraganeos; cùm  
in Decreto Burchardi referatur ex Concilio  
Triburensi, in quo non extat, neque etiam  
in Moguntino, unde laudatur à Reginone.*

Burchard. lib.  
6. c. 34.

*Vltima verò pars istius capit is , nimirum que sequuntur post illa verba extendere vel minuere valeant , non habentur in editionibus Burchardi , tamenetsi extent in excerptis editis à Stevartio. Vnde colligi potest auctorem istorum excerptorum usum esse aliquo exemplari Burchardici Decreti vulgatis editionibus ampliore. Hec porrò ultima pars istius capit is , quam admonuimus non extare in vulgatis Burchardi editionibus , habetur in capite xxx. Concilio Vormatiensi.*

Item de parricidis. Ex alio Concilio Moguntiacensi cap. xx.

Pœnit. Rhab.  
c. 11 & in ep.  
ad Heribald.  
c. 7  
Concil. Mo-  
gunt. sub  
Rhab. c. 10.  
Burchard. lib.  
6. c. 35.  
Genes. 14.

**X X V I I I .** Parriciditum quām sit detestabile crimen , judicio facto inter Cain & Abel fratrem suum Dominus ostendit. Sed quia modernis temporibus parricidæ profugi discurrunt per diversa loca , & variis vitiis & gulae inlecebris deserviunt , melius nobis videtur ut in uno loco manentes pœnitentia districta semetipsos castigent , si fortè Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mearentur.

Quod parricidis arma & conjugium interdicatur.

Concil. Mo-  
gunt. ibid.  
Burchard. lib.  
6. c. 35.

**X X I X .** Non enim eis licebit ultrà militare cingulum sumere & conjugiis copulari , quia sacri canones hoc eis non consentiunt.